MIGNONA
3

Quousque tandem abutêre, Catilina, patientiâ nostrâ ? quamdiu
etiam furor iste tuus nos eludet ? quem ad finem sese effrenata ja-
ctabit audacia ? nihilne te nocturnum præsidium Palatii, nihil
urbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil concursus bonorum om-
nium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil ho-
rum ora vultusque moverunt ? Patêre tua consilia non sentis ?
constrictam jam omnium horum conscientiâ teneri conjuratio-
nem tuam non vides ? Quid proxima, quid superiore nocte ege-
ris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem
nostrûm ignorare arbitraris ? O tempora, o mores ! Senatus hæc
intelligit, consul videt: hic tamen vivit. Vivit ? immo vero etiam
in senatum venit: fit publici consilii particeps: notat et designat
oculis ad cædem unumquemque nostrûm. Nos autem, viri for-
tes, satisfacere reipublicæ videmur, si istius furorem ac tela vi-
temus. Ad mortem te, Catilina, duci, jussu consulis, jampridem
oportebat: in te conferri pestem istam, quam tu in nos omnes
jamdiu machinaris. An vero vir amplissimus, P. Scipio, pontifex
*maximus, Tib. Gracchum, mediocriter labefactantem statum rei-
publicæ, privatus interfecit: Catilinam vero, orbem terræ cæde
atque incendiis vastare cupientem, nos consules perferemus ? Nam*

MARCUS TULLIUS CICERO ARPINATENSIS ORATOR

LATINAE ELOQUENTIAE PATER AC FACILE PRINCEPS.

AVIGNONE